



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 46. Quid circa colorem paramentorum sit notandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

erit illicitum. Videri potest Henao à n. 1784.

340. Q. 46. *Quid circa colorem paramentorum sit notandum.* &c. seqq. §. 1. Rubricam de coloribus esse tantum directivam nec inducere obligationem, praeter citatos à *Busenb.* docent *Suar. Avers. Quarti p. 1. tit. 18. dub. 1.* Innuit tamen *Gob. t. 3. n. 382.* fore mortale, si in Paschate celebraretur in nigris: Color autem aureus sive croceus aequivalet omni colori, quia omnes ad illum concurrunt, *Quarti dub. 2.*

341. §. 2. In defefectu adhiberi potest manipulus vel Stola diversi coloris & materiae ab invicem & à casula, *Pajq. q. 807.* Addunt *Gob.* & *Sporer* n. 415. melius esse quocunque die celebrare in quocunque colore, quam non celebrare, potestque facilè velum alterius coloris adhiberi, si non adsit ejusdem.

342. §. 3. Color *violaceus* adhibetur in Adventu, quatuor temporibus, & vigiliis omnibus non excipiendis: Festo S. Marci & in Rogationibus. A Septuagesima & per Quadragesimam In Missis de Passione, tempore belli, pro pace, iter agentibus, infirmis, & pro aliis similibus necessitatibus (excepto pro electione Papæ, tum enim est ruber) Festo SS. Innocentium, si non incidat in Dominicam; octava autem, aut si incidat in Dominicam, habet rubrum.

Albus color adhibetur die Jovis sancto. A Sabbatho sancto inclusivè usque ad vigiliam Pentecostes. Vigiliā Epiphaniæ & in Epiphania. Festis SS. Trinitatis, Christi, B. Virginis, Angelorum, omnium Sanctorum, Sanctorum non Martyrum, Conversionis S. Pauli, S. Petri ad vincula & utriusque Cathedræ, stigmatum S.

Fran-

Francisci, SS. Joannis Evangelistæ & Baptistæ,
omnibus dedicationibus, pro sponsis.

Ruber, Vigiliâ Pentecostes, per Pentecosten,
quatuor temporibus post Pentecosten: De Spi-
ritu sancto, De Cruce, De Apostolis, De Marty-
ribus; in Decollatione S. Joannis Baptistæ, Fe-
sto S. Joannis Evangelistæ ad portam latinam:
In commemoratione S. Pauli.

Viridis, ab octava Epiphaniæ ad Septuagesi-
mam exclusivè. Ab octava Pentecostes ad Ad-
ventum exclusivè.

Niger, in Commemoratione omnium
fidelium: Die Veneris sancto; pro defunctis
semper.

§. 4. Color festi servatur per octavam, quan- 343.
do fit de octava; & in Dominicis occurrentibus
infra octavas, quamvis officium & Missa sit de
Dominica. Excipe, si dominicæ infra octavam
occurentis color esset violaceus, tum enim ad-
hibetur violaceus.

§. 5. Quando infra octavas licebat facere de 344.
festo ad libitum, ad summum sumebatur ca-
sula & velum convenientia huic festo, reli-
qua habebant colorem Octavæ, uti notant
Guyetus & *Gobat* in experientiis tract. 5. num.
650. Litterâ X. *Dixi*, quando licebat, nam
nunc prohibitum est, non quidem per De-
cretum 24. Januarii 1682. datum, quod re-
tuli lib. 4. num. 1269.; illud enim tantum lo-
quitur de diebus octavis, non antem de die-
bus infra octavas, sed per aliud Decretum
datum postea 19. Januarii 1693., quod refe-
ram n. 2055., & est Decretum ibi 220.

Q. 47. Quid addendum sit circa Calicem, 345.

pa-